

officii debeo, ingratis negligam. Tandem Diploma Principis
mei, quale optinas petisti, hic habes. Ornare verbis munus
culum non meum non institui. Hoc te rogo, quodcumque
ejusmodi rerum imperatoris posthac sis, absint Termita-
rum, si non infames apud nos tituli, odiosi certe, aut si
et iste durior sermo est, gratiosi minus, quam ut saluam
processum benevolentiam sperantur. Commentarium in
Coticem, quem luci destinat, eo animo expecto, quo tua
debeo, et omnia solo de quorum autoribus summam
opinionem concepi. Magno Collegae Puteano, quem
an reuereri magis virum an amare deceat, ambigo,
salutem integerrimo affectu dico. Te valere cupio ut
doctissime et indulgere mihi, quem non mereor inter
amicitiae nominis que tui cultores, sane invitandum
locum. Drusus in Castris Frid. Non: Sextil: Augusti
1632.

J. Puteano.

(162)
Non est omnino maris mei, Vir Amplissime, ut amicis
frustra bis interpeller. Sed quibus hic negotiis obruimus
nullius non culpe, nedum mora veriam videntur
promereri. Tandem ut petitionis vestrae summas iterati
Principi oblata fuit, respondit scire se debere quo loco
veni reliquerint, qui a vobis discesserunt Arnhemenses, de
quo cum constare sibi, et ordines deputati negent, qui
nobiscum sunt, superest ut certiorum ipse me, si
commodum est, facias, curaturum utique ne qua
officio defuisse arguas, quo de affectu meo erga Puteanos
integerrimo securus fias. Vale Vir Nobilissime et me
ama. in Castris ad Mosam Trajectum. Postid: Non:
Sextil: CIOIOCX XII.

Pastori Aprici Collensi
Iusto Bonchaest.

(163)
Remitto statim famulum tuum Vir Amplissime, quando
nihil imperare voluisti, quo liberandi me tam graui
aere alieno ac triplici, quo nunc me onerasti occasionem
dares. Libellos, testor fidem, inspiciendi otium adhuc
non est. suspicio tamen singulos et vere reuerat et
admiror ab illa manu, maxime vero hinc, qui de
Admirandis est, quod ab illa manu, eo nempe Puteanum
descendisses, quo ut ne Lipsius quidem se demississet, optavit
omnis Batavia, etiam Lipsio despecta et in hostili ingratis
posita. Tibi Vir Amplissime re, non verbis relaturus
sum gratiam ubicumque iusseris. Salutem a meo summo
Puteano ut referas et hoc saepe ut fiat, semel rogo
am. nunc Tuus.

Ignosce properanti calamo inter
mille strepitus et armamenta, quorum
testem famulum habebis.

6. Sept. 1632.

Bartho